

Polycarp, whose name signifies much fruit, was ordained by St. John and made bishop of Smyrna. He was martyred in Smyrna in 165.

**INTROIT Daniel 3: 84, 87**

Sacerdotes Dei, benedicite Dóminum: sancti et húmiles corde, laudáte Deum. (Dan. 3: 57) Benedícite, ómnia ópera Dómini, Dómino: laudáte et superexaltáte eum in sæcula. Glória Patri et Filio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Sacerdotes Dei, benedicite Dóminum: sancti et húmiles corde, laudáte Deum.

**COLLECT**

Deus, qui nos beáti Polycarpi Máryris tui atque Pontíficis ánnua sollemnitáte lætíficas: concéde propítius; ut, cujus natalítia cólimus, de ejúsdem étiam protectióne gaudeámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**EPISTLE 1 John 3: 10-16**

Caríssimi: Omnis qui non est justus, non est ex Deo, et qui non díligit fratrem suum: quóniam hæc est annuntiatio, quam audístis ab inítio, ut diligátis alterútrum. Non sicut Cain, qui ex maligno erat, et occidit fratrem suum. Et propter quid occidit eum? Quóniam ópera ejus maligna erant: fratris autem ejus justa. Nolíte mirári fratres, si odit vos mundus. Nos scimus quóniam transláti sumus de morte ad vitam, quóniam dilígimus fratres. Qui non diligit, manet in morte: omnis qui odit fratrem suum, homicída est. Et scitis, quóniam omnis homicída non habet vitam ætérnam in semetípso manéntem. In hoc cognóvimus caritátem Dei, quóniam ille ánimam suam pro nobis pósuit: et nos debémus pro frátribus ánimas pónere.

**GRADUAL Psalms 8: 6-7**

Glória et honóre coronásti eum. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum, Dómine.

*(From Septuagesima until Easter, the Lesser Alleluia is replaced by the Tract.)*

**LESSER ALLELUIA**

Allelúja, allelúja. Hic est sacerdos, quem coronávit Dóminus. Allelúja.

**TRACT Psalms 111: 1-3**

Beátus vir, qui timet Dóminum: in mandátis ejus cupit nimis. Potens in terra erit semen ejus: generatio rectórum benedicétur, Glória et divítiae in domo ejus: et justítia ejus manet in sæculum sæculi.

**GOSPEL Matthew 10: 26-32**

In illo témpore: Dixit Jesus discíplis suis: Nihil est opértum, quod non revelábitur; et occúltum, quod non sciétur. Quod dico vobis in ténebris, dícite in lúmine: et quod in aure audítis, prædicáte super tecta. Et nolíte timére eos, qui occídunt corpus, ánimam autem non possunt occidere; sed pótius timéte eum, qui potest et ánimam et corpus pèrdere in gehénnam. Nonne duo pásseres asse véneunt: et unus ex illis non cadet super terram sine Patre vestro? Vestri autem capílli cápitis omnes numeráti sunt. Nolíte ergo timére: multis passéribus meliiores estis vos. Omnis ergo, qui confitébitur me coram homínibus, confitébor et ego eum coram Patre meo, qui in cælis est.

**OFFERTORY Psalms 88: 21-22**

Invéni David servum meum. óleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliábitur ei, et bráchium meum confortábit eum.

**SECRET**

Múnera tibi, Dómine, dicáta sanctífica: et, intercedénte beáto Polycárpo Máryte tuo atque Pontífice, per éadem nos placátus inténde. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**COMMUNION Psalms 20: 4**

Posuísti, Dómine, in cápite ejus coronam de lápide pretióso.

**POSTCOMMUNION**

Refécti participatióne múneris sacri, quæsumus, Dómine, Deus noster: ut, cujus exséquimur cultum, intercedénte beáto Polycárpo Máryte tuo atque Pontífice, sentiámus efféctum. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

O ye priests of the Lord, bless the Lord: O ye holy and humble of heart, praise God. (Dan. 3: 57) All ye works of the Lord, bless the Lord: praise and exalt Him above all for ever. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. O ye priests of the Lord, bless the Lord: O ye holy and humble of heart, praise God.

O God, who dost gladden us by the annual feast of blessed Polycarp, Thy Martyr and Bishop: mercifully grant that we who celebrate his heavenly birthday, may also rejoice in his protection. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Most dearly beloved: Whosoever is not just, is not of God, nor he that loveth not his brother. For this is the declaration, which you have heard from the beginning, that you should love one another. Not as Cain, who was of the wicked one, and killed his brother. And wherefore did he kill him? Because his own works were wicked: and his brother's just. Wonder not, brethren, if the world hate you. We know that we have passed from death to life, because we love the brethren. He that loveth not, abideth in death. Whosoever hateth his brother is a murderer. And you know that no murderer hath eternal life abiding in himself. In this we have known the charity of God, because he hath laid down his life for us: and we ought to lay down our lives for the brethren.

Thou hast crowned him with glory and honor. And hast set him over the works of Thy hands, O Lord.

*(From Septuagesima until Easter, the Lesser Alleluia is replaced by the Tract.)*

Alleluia, alleluia. This is the priest whom the Lord hath crowned. Alleluia.

Blessed is the man that feareth the Lord; he delighteth exceedingly in His commandments. His seed shall be mighty upon the earth: the generation of the righteous shall be blessed. Glory and wealth shall be in his house, and his justice remaineth for ever and ever.

At that time, Jesus said to His disciples: Nothing is covered that shall not be revealed; nor hid, that shall not be known. That which I tell you in the dark, speak ye in the light; and that which you hear in the ear, preach ye upon the housetops. And fear ye not them that kill the body, and are not able to kill the soul; but rather fear him that can destroy both soul and body in hell. Are not two sparrows sold for a farthing, and not one of them shall fall on the ground without your Father; but the very hairs of your head are all numbered. Fear not, therefore; better are you than many sparrows. Every one therefore that shall confess Me before men, I will also confess him before My Father who is in heaven.

I have found David My servant, with My holy oil I have anointed him: for My hand shall help him, and My arm shall strengthen him.

Sanctify, O Lord, the gifts dedicated to Thee, and through them, by the intercession of blessed Polycarp, Thy Martyr and Bishop, graciously regard us. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Thou hast set on his head, O Lord, a crown of precious stones.

Represented by participation in the sacred gift, we beseech Thee, O Lord, our God, that, through the intercession of blessed Polycarp, Thy martyr and bishop, we may ever experience the effect of the worship we offer. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.